

# QVÆSTIO MEDICA CARDINALITIIS DISPUTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS DECIMA TERTIA MENSIS MARTII

M. LAZARO PENA Doctore Medico Moderatore.

763

An Ieiuno Vomitus ?



**V**iuimus, cum ecce vitalis ille igniculus quod concessum nobis optimū est ex occulto pignetur. Vix nascimur, quin nimium durus creditor ac nos illico ambiat, quod ortus nostri gratiā credidit continuā feneratione exacturus. Vitā inanitione orditur: repletionem incipimus mori. Sanitas vtriusque perenni successione seruat, destruitur, in cuius tutela repletionem præcedat inanitione necesse est. Prima viuendi mori edūque materies alimentum abdomini vegetales nos fecit, cuius necessaria cupiditas dum inconfulte ad obuia quæque aduolat, sapiens relinquit causas penitendi quam recordandi. Hominis vita ἐπιλαήριος diutius sine cibo perseuerare nescit. Fabulosa est plurium mensium annorumū ἀσπία, quam nec τὸς φράσεναι quanto minus homini concesseris. Quot vnā cum cibo deuorandæ molestiæ? Dum in eo fumendo tardiores solitōque parciōres sumus Πραμυθεὶς ipse ventriculus importunā torquetur μύζα, molestus alioqui futurus creditor, ni des illi quod debes non quod potes. Suo genio defraudatæ ardescunt partes, animo linquimur, pulsant tempora, χαρρότεροι redduntur oculi, vrinæ crassæ, calidæ, χαρροί, bilem ἐξ venis trahente ieiuno stomacho os amarescit, ἐξ cerebri πιυίται πικρὰ, tenetricosā tentamur vertigine, diuisa pendulāque dolent vitæta, extrema perfinguntur, ἀφοδὸς ἐπιχρῆται nil excernente ex officio naturā, δυσπρῆν, δυσπρῆνι tetricum exercet animum. Nihilō minus molesta lurconibus illis περιεδύσθησι illiberalis γαστριμαργία. Corpore animōque impotentes, δυσπρῆν τædiofa oscitatione ad somnum sese componunt: at ipsos pro more δυσπρῆνι tumultuosus implacidusque somnus exercet, de cætero siticulosos, peregrinā corrupti cibi qualitate ἐξυμωμένους τῆς κοιλίας. Hinc expedita morborum occasio, nisi docta sine præceptore natura hunc remeare quā ad cæteras partes transmitti optatius habet.



**V**AMO BREM lex æqua constituta est, vt trahendi ita & expellendi. Eo consilio corpus vniuersū perspirabile tanquam alterum Danaidum dolium natura perforauit: quod sit vt ἀδυσπρῆνοι, fumul viuamus ἐξ ὑδάτερον. Hinc singularum partium ἡ ἰσὺ ἢ ἐλαττωθῆναι sensus & consensūs, impar robur, nec similis dignitas: ἡ μένος δὲ in priuata commoda proni patentēque dehiscunt meatus, fibrarum verō diuerfa positio famulatur. Quinimō partibus ipsis naturæque legibus sæpius vim facit excernendi necessitas. Salutare quippe Empyricis πύδεις ἀφίρροιαι. Thoracis vomica per fecesum: vrina per vmblicum: per sedem menstruus sanguis insolenti excretionē præterlabitur. Cibus per stomachum regetur. Diuersi diuersis in partibus expultricis facultatis motus, conatus impares, par commodum. Noxium affecto pulmone sternutamentum, hysterica mulieri optandum, naturæ opus est, at expultricis symptoma quo priores cerebri humorē in vapore soluto turgidi, vel alienā qualitate grauata nares concitatore quā in tussu impetu expurgantur. Oscitatione (cuius medela μακρότερος, vel ex æquo temperata διάρρηξις) diductum os spiritus crassos vaporosōsque in musculofo genere interceptos excutit. Systole cor πὸ ληνυδὸς ἀφίρροια, molesto interdum perenniōque παλμῷ angustius sibi factum domicilium, scri copiā, adnato tuberculo, aut tetrīs malignis que conspurcatum expirationibus conqueritur. Tussi plurimus simul celerimēque foras æctus spiritus validissimā ἐκφυγῆσι etiam sæpius repetitā attrahit propellitque quæ spiritus vias infarcit. Ructus (quem promouere etiam vtile est) expultricis motus illegitimus ex habitu leniti spiritus per os factā eruptione nascitur: cuius reliqua portio dum per inferna protruditur, intestino coniuxque iretita plexibus exitum sibi intercludit, obmurmans venter vnā δὲ ἐξασπῆσθαι concutitur, donec tandem cum sonitu profugus ipse θορυβοποιὸς erumpat, et si optabilis ἢ ἀνευ ψόφου. Singulus supernarum conuexarūque ventriculi partium motus veluti conuulsiuū ventriculo valentiū impacta excutit, conatu ob humoris pertuaciam maximo. Ita ex horum motuum genere vomitus molestam reddit farinam, quam vel in ocio famelicus venter furripuit, vel in negotio imprudens retinuit.



**V**in partu fœtum vterus, sic in vomitu quod alienum est ventriculus, non canum imitatione, sed veteri sagacia naturæ documento per ἀναγωγὴν foras pellit. Sola ipsi vomendi occasio πὸ ληνυδία, congesta excrementa, ingesta alimenta. Triplici modo lædunt vtræque: aliā quantitate immoicā reluctantem dum opprimunt: alienā interdum qualitate acidā, nidorulentā, amarā, acri, exquisitē sentientem dum percellunt. Hinc plurima serofi, pituitosi, biliosi excrementi illuuis ieiunium hunc ad vomendū naturā iubente, assiduā læcesit iniuriā. Tertio ordine accedunt quæ totius substantiæ dissidio aduerfantur: insuauia omnia alimenta, pinguia quæ ἄδυσπρῆνα, quæcunque prius fastidita ingerere cogimur, dulcis piuita, densatus in viam sanguis, pus ἐξ rupto intus phymate erumpens, ἐξ medicamentis ἐπιμῆσι: sunt qui si pituitam gustent protinus vomant. Neque par est ab his molestiā, vt nec exitus. Quæ ima subsident per inferiora viam inueniunt, diarrhœis prolificandis accommoda. Quæ firmo amplexu supernis herent implicita partibus: modo magis inimicā qualitate pugnantiā, acidā caninam appetentiam: salis sitim ἰσχυρῶς: amarā actiue καρδιακῶν, ἀπορρηξῆς, stomachicas sycopos: toto genere alienā κατὰ κράτος grauidis prauōque succo restagnantibus inferunt: modo præ multitudine dyspnoeam: modo denique vtroque lædentia laboriosis ἀσπῆσι ob cacochymiam δυσπρῆνι ventriculum irritō vomendi conatu excruciant. Ea solum vomitu reddimus quæ insitā leuitate superiora affectant atque in ventriculo ἐπιρροίῃ διαγυρνῶν: neque enim his exitum prohibet supernarum partium ἀφίρροια quem infernarum robur studiosē promouet, contentione eo maiore quo soli externæ eius tunice vniuersum excernendi negotium committitur: idēque licet nobis inuitis plerūque, nufquam tamen inscis qui vomitus, alijs motibus eidem sustinendo ventriculus prius assuecit: præcedunt nauææ, anxietudines, καρδιακοί, πικρὰ, labij inferioris οσείας postmodum vomitur. Tanta molis erat positas effringere leges.



**O**MITV iuuantur plurimi, læduntur nulli: sibi ipsi præsens est remedium, νεογνοῖσι commodum. Sanis integritatem seruat, ægris restituit, vtrisque ieiunis. Sic gracilescunt obesciores protinus humidiores non ficciores facti. Pigiorem aluum soluit: profuentem sistit, καρδιακὸν simul & ἀφίρροιαν præsidium. Febre causo retorrisis, exquisitis nothisque tertianis, quotidianis, quartanisque febribus critico vomitu salutaris vacuatio. Caput graue leuat. Cephalalgia, fluxioni ἐξ capite fluenti perutilis est. Nec male cedit si biliosa mulieris suppressā menstruā purgatione ἐπιμῆσι γυναικῶν obrigerit, quod mulieri rariū, virgini frequenter tūtiūque. Diarrhœa laboranti vis eius ἀπασπαστικῆ ὀπτιμα. Fluxione in cura decumbente, pudendisque affectis opportuna, vt in calcis sp̄ hacelissimo elleborismo. Pessimē ergo cum iis agitur quibus cum vitiosis assiduē scateat ventriculus humoribus, aut aliunde confluentes excipiat calidos quidem alios frigidus ipse, aut quod ἀπὸ δυσπρῆνι, calidus frigidus, neque εὐδυσπρῆνι ventrem obtinent, deteriore insuper conditione δυσπρῆνι. Si nocituram cibi beneuolentiam solito indulgentior allexeris, salubre est confestim reddere quæ ingerere fuit turpe. Ea sunt otiosa inefficiorūque plenitudinis μαεσὶ ἀδυσπρῆνι quibus nequissimi ἐγχευογῆσθαι foras fordide abutuntur. Ebrietas poculorum remiges vino non vndis obtuens aphoniā, caræ, comate, tetano, conuulsione, tremore (presertim si ἀπορρηξῆσι) paralyti, apoplexiā, epilepsiā, etiamnumque ἀδυσπρῆνι ipsis æquius nescio, an grauius illudit ni subito vomitu succurratur. Sanis quoque & sobrijs perutilem vomitum facit ventriculi natura peculiaris, quotidianis in coquendo alimento error, ætatis, temporis, loci, consuetudinis mutata ratio: vnde sæpius non expectatā expellendi commoditate necdum immutatus de ventre cibus depellitur, ἀδυσπρῆνι τῆς κοιλίας, ἀπὸ τῆς ἀφίρροιας ἀδυσπρῆνι, φασίαν ἐπιμῆσι & ἀφίρροιαν δυσπρῆνι. Itane ergo tot ex vomitu commoda non aucupabere? absit profecto, hoc vnū caueas ne ἀλόγως & ἀσπίρας circumforanorum Empyricorum more eo abutaris.



**D**ILIGENTER videas & quibus qualia exhibenda, ἢ ἀπὸ δει, ἢ ὄπτι. Vomitu nisi adsit plenitudo non vtendum: antequam vtriusque partium & consuetudinis habenda ratio. Per superiora purgationem imbecillius ventriculus non sustinet, neque validus ἐπὶ τῆς ἀφίρροιας. Vlcerosā lassitudinem affectis minus tuta est quantumvis salutaris. Insueti & qui naturā difficulter vomunt hanc non ferunt: si in consilio promoueas φασίον, vertigines, fastidia, καρδιακῶν, ἐπιμῆσι, δυσπρῆνι consequentur. Si reluctanter naturam accommodare vis, prius corporis meatus reduci operæpretium est, crassos viscidōsque humores incidi, tenues sed altius impactos detergeri, tum demum vomitus ἀδυσπρῆνι succedent, non emeticis proritandi, sed placidē promouentibus alimentis iuandū: hæc autem sunt liquidiora solito, acriora, insueta, παντοειδῆ, ab acerbis, acidis, austeris sibi temperandum. Tum satis erit ad vomitum ὑμῶν τεπιδὰ haustus biliosis commodior, vt vini pituitosis. Δυσπρῆνι, imperati celeres motus, θερμὰ, hydrælam, δασπῆνι ἢ πικρῶν καρδιακῶν. Si his nil perficias, non est quod mochlico apparatu amplius insultes. Expediorem vomitum captata temporis opportunitas præstat, neglecta difficilior. Graciles licet ἐπιμῆσι hyme per superiora purgare nefas est: difficilē vomitum ambientis frigus reddit: excernendorum copia, circumiacentium partium dignitas, periculolum: imbecillitas, etiam alio quouis tempore infidum. Vitandæ temporum mutationes, non locorum, non alimenti. Vere, Æstate, Autumno commodiū cietur: ante cibum quam a cibo, iubet igitur ventriculi impuritas, & secutura alioqui corruptela ingestorum. Si ructus acidus, nidorulentus, ex necessitate ἐπὶ τῆς ἀφίρροιας ἀδυσπρῆνι, non morsus aut πνευματικῶν corruptos in ventriculo cibos prodat, hos quoque ieiunis per gulam redire proficuum. Πικρὰ ἢ ἀπὸ si cibum finere prius quam vomere studuerint, subito hunc corrumpunt & capite dolent.

Ergo Ieiuno Vomitus.

Proponebat Lutetiæ FRANCISCVS BLONDEL Parisinus. A. R. S. H. M. DC. XXXI.

F.M.P.  
1731